



JOSEPHO ESCOLÁ
PRESBITERO

BREVIARIUM
MARIANUM

BT645
B74
c.1

006 4



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080020986

**BREVIARIUM
MARIANUM**

EX INDULTU

SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS,

CUM APPROBATIONE ET LICENTIA

AUCTORITATIS ORDINARIJ ECCLESIASTICI,

SUB AUSPICIS

EXCMI. ACILLMI. D. D. ANTONII MARIE CLARET ARCHIEP. S. JACOBI

DE GUDA,

IN HONOREM

SS. VIRGINIS MARIE DEIPARÆ

A JOSEPHO ESCOLÀ PRESB. MISSION. APOST. DE PROP. FIDE

CONCINATUM ET EDITUM.

*Quidquid grandius, quidquid excellentius quod...
quid dignius ceteris novaque scripta de Dei-
paræ Sanctissimæ loquuntur... hoc unico in
libro accuratissimè diligentè collectam solo
obvata conspicies.*

*Hic semper fuit propositus scopus, dispersa om-
nia et singula per verbum testimonio, que
justas et secretis Mariophilorum in Dei paræ
gloriam extolere, in unum excellentissimum re-
gionem congregare, et omnibus annis...
[In Prefatione Brev. Mar.]*



ILERDÆ:

TYPIS JOSEPHI SOL BIBLIOPOLÆ,

ANNO MDCCCLIX.

Capilla Alfonso
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE ALFARO LEON
Biblioteca Valverde y Torres
ALFARO Y TORRES

45340

BT695

B74

Cum in Psalmodiæ studiis et divinis laudibus te vigilantè exerceas, hortor, venerande frater, et moneo, ut QUOTIDIANUM quoque Beatæ MARIE semper Virginis OFFICIUM non omittas: dignum quippè est, ut quæ laudum præmia meretur ab angelis, obsequiis etiã frequentetur humanis eique post Deum totus orbis exhibeat laudem, per quam suscepit propriæ salutis auctorem. Optima sanè spes est apud eam habere confugium, quæ scilicet inter cœlestis curiæ Senatores impetrandi apud Deum primum obtinet locum.

S. Petr. Damian. Epist. ad Stephan. Monach.



FONDO DE ESTERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Esta obra es propiedad de su Autor.



Sección de Historia y Geografía
Estadística y Geografía

AUGUSTISSIMÆ
CÆLORUM REGINÆ

AC

DEI GENITRICI

SACROSANCTE

~~MARIE~~

SEMPER ET UBIQUE IMMACULATÆ,
DIGNISSIMÆ DOMINÆ AC MATRI MEÆ CARISSIMÆ

IN GRATI ANIMI SENSUM

AC

IN MEI AMORIS PERENNE PIGNUS

HCC BREVIARIUM MARIANUM

minimus servorum ac filiorum suorum

JOSEPHUS ESCOLA

D. O. G.

000781

DECRETUM

SACRORUM RITUUM

CONGREGATIONIS.

BME. PATER.

Josephus Escola Presbyter in Diocesi Ilerdensi, quum in formam BREVIARII MARIANI plurimas preces singulis diebus in honorem Beatissimæ Virginis distinctè recitandas concinnaverit, antequàm ipsis hic liber mandetur, præviâ sui Episcopi approbatione et licentiâ, ad S. V. pedes humiliter provolutus interrogat, an ob formæ ac tituli hujusmodi libri novitatem ad illum evulgandum indigeat prius sanctione S. Vestra. =

Die 16 Martii 1857.

Negativè.

Locus ✕ Sigilli.

BEATMO. PADRE.

Il Sacerdote Giuseppe Escola della Diocesi di Lerida avendo ordinato in forma di BREVIARIUM MARIANUM molte preghiere da recitarsi distintamente in ogni giorno dell'anno in onore della B. Vergine, prima di renderlo publico con la stampa previa l'approbazione del suo Vescovo, desidera sapere, se abbisogni della sanzione della S. V. nel caso che la novità della forma e titolo di questo libro renda necessaria l'approvazione della S. C. de' Riti. =

Die 16 Martii 1857.

Negativè.

Locus ✕ Sigilli.

APPROBATIO A CENSORIBUS DATA.

Infrascripti Rector et Professores Seminarii Tridentini Ilerdensis ad operis, cui titulus est BREVIARIUM MARIANUM, examen à Rmo. Domino Episcopo Ilerdensi deputati, præfatum Opus eâ, quâ par est, attentione, perlegimus, in eoque non tantum nihil catholice fidei bonisque moribus adversans reperimus; imò potius omnia in ipso contenta, utpote maximâ ex parte innixâ effatis ac sententiis Sanctorum aliorumque plurium, qui de laudibus eximiatque erga Beatam Virginem MARIAM devotione optime meriti sunt, in idque ingenium et calamus suum acuerè, ad cultum erga Deiparam magis magisque promovendum valde idonea ejusdemque Beatæ Virginis filialem amorem ubique spirantia novimus.

Ilerdæ in Seminario Tridentino die 2 Julii, festo Visitationis B. M. V. anni 1858.

Josephus Millà. — Antonius Pintó. — Romanus Vigordan.

Per nos licet prælo mandetur.

Dr. Joseph Ricart, Gubr. Vic. Gens.

Locus ✕ Sigilli.

PROTESTATIO AUCTORIS.

Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. Decretis observantia et reverentia, quæ par est, inhærendo, profiteor me haud alio sensu quidquid circa miracula, seu revelationes, seu apparitiones Beatissimæ Virginis in hoc opere BREVIARIO MARIANO refero, accipere aut accipi ab ullo velle, quàm eo, quo solent ea, quæ humanâ dumtaxat auctoritate, iis tamen exceptis quæ divinâ catholice Romanæ Ecclesiæ aut Sanctæ Sedis apostolicæ, nituntur.

Item profiteor, non meam esse mentem in confectione aut editione hujus BREVIARII MARIANI opus liturgicum aut ad ecclesiasticum cultum destinatum, vel aliquandò destinandum, quod ad solam Ecclesiæ auctoritatem pertinet, vel efformare vel edere; sed tantum quoddam Manuale Marianæ pietatis, quo fidelium devotio erga Deiparam Sanctissimam magis ac magis augeatur, foveatur et privatim, si ita placuerit, ipsa Diva Virgo hoc novo obsequio colatur, sicut jam ab antiquo innumeris aliis obsequiis colitur.

Item profiteor, omnia et singula Sanctorum Patrum aut Doctorum, sive aliorum Auctorum, sive à me ipso prolata et scripta in hoc opere verba, dicta et intellecta me velle esse in eo tantum sensu, quo ea dicuntur et intelliguntur ipsa Ecclesia Catholica, Apostolica, Romana, ita ut sicut omne omnino hujus Ecclesiæ fidei ac doctrinæ consentaneum admitto, ita etiã omne omnino quod eidem adversetur, rejicio.

PERILLUSTRUM MARIOPHILORUM ANTISTITUM

pietate hoc MARIANUM TESTIMONIUM plurimis Indulgentiis ditatum extollitur.

Hæc Reverendissimorum Pontificum, qui eas Indulgentias concessere, Nomina et Verba ipsa hujusmodi concessionum ex eorum vel decretis vel congratulatoriis litteris acceptis excerpta, servato idiomate hispano, in grati animi sensum sequenti ordine consignare placuit.

I.

Exmus. et Illmus. D. D. ANTONIUS MARIA CLARET, Archiepiscopus S. Jacobi de Cuba.

Madrid 18 Abril de 1839.—Concedo ochenta dias de indulgencia por rezar cada una de las Horas del BREVIARIO MARIANO, asi menores como mayores: por cada Nocturno ochenta y por Laudes otros ochenta, y las mismas por leerlas con devocion.—El Arzpo. CLARET.

II.

Illmus. et Revmus. D. D. PETRUS CYRILLUS URIZ, Episcopus Ilerdensis.

Obispado de Lérida.—Accediendo à los deseos de V. y con el fin de promover la mayor devocion à MARIA Santissima concedo cuarenta dias de Indulgencia à todos los fieles cristianos por cada vez que devotamente rezaren cualquiera de las Horas canonicas mayores ó menores: otros cuarenta por cada nocturno y por los Laudes, y otros cuarenta à los que leveren ú oyeren leer cualquiera de las referidas Horas del BREVIARIO MARIANO arreglado por D. José Escolá Presbítero Misionero Apostólico en esta Diócesis, rogando à Dios por las necesidades de la Iglesia.—Lérida 6 de Abril de 1839.—PEDRO CIRILO, Obispo de Lérida.

III.

Exmus. et Illmus. D. D. PAULUS GARCIA ABELLA, Archiepiscopus Valentinus.

Valencia 2 de Abril de 1839.—Aprovecharé todas las ocasiones para recomendar tan preciosa obra (el BREVIARIO MARIANO) al Clero de esta Diócesis... y concedo ochenta dias de Indulgencia à los que lo rezaren ó leyeren en los mismos terminos que los haya concedido el Excmo. é Illmo. Sr. D. Antonio Claret.—PABLO, Arzpo. de Valencia.

IV.

Exmus. et Illmus. D. D. FLORENTIUS LORENTE, Episcopus Gerundensis.

Gerona 8 Abril de 1859.—Concedo cuarenta dias de Indulgencia por rezar cada una de las Horas canonicas del BREVIARIO MARIANO, asi menores como mayores: pero por cada Nocturno cuarenta, y por Laudes otros cuarenta y las mismas por leerlas con devocion.—FLORENCIO, Obispo de Gerona.

V.

Exmus. et Illmus. D. D. FERDINANDUS DE LA PUENTE, Archiepiscopus Bургensis.

Burgos 26 de Abril de 1859.—Concedemos ochenta dias de Indulgencia à todos los fieles cristianos de uno y de otro sexo por cada vez que devotamente rezaren cualquier oficio divino del BREVIARIO MARIANO compuesto en la ciudad de Lérida, precediendo la aprobacion del Ordinario.—FERNANDO, Arzpo. de Burgos.—Por mandado de S. E. I. el Arzpo. mi Señor, Dr. Felix Martinez, Srio.

VIII.

Illmus. et Revmus. JOANNES JOSEPHUS GASTANER, Episcopus Vicentis.

Vich 26 Abril de 1859.—En cuanto á mi toca procuraré dar al BREVIARIO MARIANO toda la importancia, publicándolo por medio del Boletín Eclesiástico; y desde ahora concedo cuarenta días de Indulgencia á los que lo rezaren ó leyeren, en la misma forma y en los mismos términos que lo haya verificado el Ilmo. Sr. Obispo de Lérida.—JUAN JOSÉ, Obispo de Vich.

VII.

Exmus. et Illmus. D. D. ANTONIUS PALAU, Episcopus Barcinonensis.

Este Excmo. é Ilmo. Señor se dignó conceder verbalmente á los que rezaren ó leyeren las Horas del BREVIARIO MARIANO las mismas Indulgencias y en la misma forma que las concedió el Ilmo. Sr. Obispo de Lérida.

VIII.

Illmus. et Revmus. D. D. JOACHIMUS BARBAJERO, Episcopus Legionensis.

Leon 4 de Mayo de 1859.—... Me haré un deber muy grato en recomendar la adquisición del BREVIARIO MARIANO al Clero de esta Diócesis, y concedo muy gustoso á los que rezaren, leyeren, ú oyeren leer sus Horas las mismas Indulgencias que haya concedido mi amado Hermano Sr. Obispo de Lérida.—El Obispo de Leon.

IX.

Exmus. et Illmus. D. D. VINCENTIUS HORCOS, Episcopus Oxoniensis.

Descando promover en cuanto está de nuestra parte el Divino culto y fomentar la devoción del pueblo Cristiano dando graciosamente lo que en la misma forma hemos recibido, sin mérito alguno nuestro, de la Divina Misericordia: Concedemos cuarenta días de Indulgencia á todos los fieles de uno y otro sexo por cada vez que rezaren cualquiera de las Horas Canónicas del BREVIARIO MARIANO publicado por D. José Escola, y pidieren á Dios nuestro Señor por la Exaltación de nuestra santa Fé católica, paz y concordia entre los Reyes y Principes cristianos, extirpación de las herejías y demas piosos fines de Nuestra Santa Madre la Iglesia. Dadas en el Burgo á 6 de Mayo de 1859.—Fr. VICENTE, Opo. de Osma.—Por mandado de S. E. I. el Obispo mi Señor, Carlos Rodriguez, Srio.

X.

Exmus. et Illmus. D. D. JOANNES NEPOMUCENUS CASCALLANA, Episcopus Malacensis.

Obispado de Málaga 7 de Mayo de 1859.—... He recibido con gusto el BREVIARIO MARIANO en obsequio de la Sma. Virgen MARIA. Me ha gustado mucho... esta obra original, que recomendaré al Clero. Y ademas concedo cuarenta días de Indulgencia en los términos que las hayan concedido otros Ilmos. Prelados.—JUAN NEPOMUCENO, Obispo de Málaga.

XI.

Illmus. et Revmus. D. D. PONTIANUS ARCINIEGA, Epus. Mindonicensis.

Este Ilmo. Sr. Obispo ha concedido cuarenta días de Indulgencia á los que lean ó rezen en el BREVIARIO MARIANO segun el tenor de los demas Prelados.

PREFATIO

AD LECTOREM.

«Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei, Sancta Verbi aeterni Genitrix et Virgo, sed adhuc locus est tua laudi,» ajebat Eckerbertus Abbas. «Generatio preterit, et generatio advenit, inquit quoque Franco Abbas Affligemensis, laus autem MARIE nullá generatione defecit. Laus MARIE «fons est indeficiens, qui quanto longius extenditur, tanto amplius impletur, et quanto amplius impletur, tanto latius dilatatur. Et quia indeficiens est, ait S. Germanus, hauriendo non exhauritur, imó quo plus hauritur, eò majorem centies ac milliès aquatissimum effundit, ideo fieri non potest, ut desinant, qui hauriunt». Igilur quamvis minime quidem par sit humanum ingenium deprecandis omnibus Sanctissimæ Deiparæ titulis; laudem tamen feret, Mariophile Lector, conatus is qualiscunque, qui in iisdem industriá nová evulgandis locatur.

Tale enim in aliqui presentí in opere, quod BREVIARIUM MARIANUM inscribimus, nomen, non ut liturgicum aptatum, sed ut solo titulo ostendatur tum forma libri, qui instar liturgici Breviarii efformatus apparet, tum ejus materia, quæ omnium aliorum librorum Marianorum Summa est ac Compendium: hic enim semper fuit propositus scopus, dispersa omnia et singula per orbem testimonia, quæ pietas et scientia Mariophilorum in Deiparæ gloriam extulere in unum excullissimum ingeniosè congerere: ex omnibus unus; eo tamen modo, ut materia forma; formaque materiæ conveniat, et simul materia et forma universo operi non displiceant. Hanc ergo metam si attingimus, nomen Breviarii tibi non repugnet.

Et quod sit dignè assequuta, quis est qui primo oculi ictu non videat? Hujus operis forma forma est cæterorum Breviariorum: suum habet speciale Psalterium, non Davidicum, sed Seraphicum à Doctore Seraphico Divo Bonaventurá confectum, per omnem habdomadam dispositum, quo singulis diebus, et septies in quolibet die devotis laudibus benedicitur Deipara Sanctissima: nec in hoc Psalterio desunt hymni, nec versus, nec antiphonæ, nec capitula, nec ulla similia.

Propria de Tempore et Festivitatibus, cujuslibet Breviarii partes, in hoc quoque Breviario virginali inveniuntur. In Proprio de Tempore universam Immaculatæ Virginis Vitam par itam in diversas totius anni partes sequenti ordine contemplanur. Tempore Expectationis, à primâ die Septembris usque ad octavam nempe, quæ fuit Expectatio gentium universæ terræ, et negotium omnium sæculorum (sic enim à Divo Bernardo fuit

appellata Patriarcharum et Prophetarum vestigiis inherentes, ardenti animo, oculis ad ipsam defixis, exclamamus et precibus ejus adventum deposcimus. Tempore *Infantiae*, ab ejus scilicet Nativitate usque ad Adventum Domini, dulcissimum Puellam, elucis suis, ut ait Damascenus, splendoribus nobis illucescentem prae oculis semper habemus, quin ab ipsa nos avertere nec ad punctum audeamus. Tempore *Pregnationis*, quod totum adventum Domini includit, incomprehensibilem Virginis quae Dei capax fuit, et Dei Filium proprio utero genuit, dignitatem exaltatio modo admiramus. Tempore *Puerperii*, quod à Virginali Partu usque ad Purificationem celebratur, Deum pendentes ab ubere, Virgineoque Deum lactantem, et fasciis cingentem (quis non stupet ad tantam MARIE gloriam!) totam mente prosequimur. Tempore *Vitae Contemplativae*, quae usque ad Passionem deinde recollitur, secreta Virginei cordis meditatione scrutamur, et contemplatione miramur, terrena cuncta sic ab ipsa discentes despiciere et caelestia amare. Dominica Passionis incipit Tempus *Vitae Dolorosae*, quo afflictissimam Matrem ingenti in supplicio positam contemplamus, et non derelinquimus, ut mostissimo ejus cordi aliquid afferamus solatium compassionis saltem affectu. Sed noster inardescit animus Tempore *Vitae Gaudiosae*, quae à Pascha usque ad Sabbatum post Pentecostem perdurat, dum iustificantis fluminis incomprehensibilem impetum toto virginalia praecordia perinundantem, sive in Resurrectione et Ascensione Christi, sive in Adventu Spiritus Sancti, toto affectu recolimus, simul cum ipsa gaudentes, prius cum ipsa contristati. Post Gaudiosam Vitam incipit Dominica prima post Pentecostem Tempus *Vitae Activae*, quae reliquam in carne vitam Deiparae includit, in qua Apostolicae formae Virgo fideliter insiciens Mater nascentis Ecclesiae, Apostolorum Magistra, et cunctorum fidelium solatium efficitur, simulque nobis omnium virtutum praebet exempla, quod ad ejus normam imitari conamur. Tandem tempore *Vitae Gloriosae* quod est post Assumptionem ejus ad caelos, toto corde ad caelum sequimur Matrem, ut testes simul gloriae ipsius, unaque et ipsi et nobis gratulemur de ejus in caelis coronatione: Haec omnia *Proprio de Tempore*.

In *Proprio verò Festivitatibus*, «Virginem plurium nominum», à Sancto Epiphano, et «Dominam decies mille honoris vocabulis dignam» à Sancto Damasceno dictam, totis praecordiis exultantibus, per singulos dies laudamus. Habet illa paucos dies in fastis Ecclesiasticis, et in Romano Martyrologio ejus memoria non saepe celebratur: at in hoc Breviario quotidie recolitur, quoties laudatur recordatione sive mysteriorum aut actuum suae sanctissimae Vitae, sive suarum virtutum, sive beneficii alienius ex ipsa à nobis accepti: digna planè est, in nullo die cessemus à laudibus ejus, et haec est voluntas ejus, qui omnia nos habere voluit per MARIAM. «Voluntas Filii est, ait Richardus à Sancto Laurentio, ut Matrem illius, et Dominam nostram benedicamus in omni tempore, scilicet nocte ac die, in prosperis et adversis, et ut laus ejus semper versetur in ore nostro, de ipsa meditando, ipsam laudando, orando, benedicendo, ipsi gratias agendo, ejus magna praedicando».

Denique post haec sequitur ultima Breviarii Pars *Commune Festivitatibus*, in quo singula quae propria in officiis Propriorum non fuerint, fideliter velut in supplemento pro diversis anni temporibus inveniantur. Nihil igitur deest in hoc opere, quod perfectum Breviarium quoad formam non tibi ostendat.

Habes ergo hujus praestantissimi Monumenti Mariani selectissimam effigiem: Materia ipsi optimè placet. Quidquid grandius, quidquid excellentius, quidquid dignius vetera novaque scripta de Deiparae Sanctissimam lo-

quantur, apud prudentiam quae ad favos conficiendos, undequaque potest, colligit mel et ceram, imitando, hoc unico in libro accuratissimè diligentia collectum solu obtutu conspicies.

Sub litteræ cortice, multifariam multisque modis olim Deus loquens à Patribus in Prophetis: Immaculatam Virginem inexplicabilia magna in Sacra Scriptura miro modo obtegit: Hic verò liber ipsa et refert, et reserat, et explicat non tamen proprio arbitrario ore sed Sanctorum Patrum, aliorumque Ecclesiae Doctorum, qui veri magistri in Israel ab ipso Dei Spiritu afflati ad Verbum Dei exponendum creduntur. Et cum de omnibus et singulis utriusque Testamenti liberis verba et proferat, et Diva Virgini applicet, et de ipsa quoque explanet veram BIBLIAM MARIANAM efformat.

At non solum per divinarum Scripturarum explanationem nobis locutus est Deus de hac praecelsa sua Genitrice, sed etiam per eorum ora qui in terris Vices Dei, Spiritus Sancti oracula, ac Christi Vicarii ab omnibus verè creduntur. Plurima hi de eà nobis dixerunt ac in scriptis reliquerunt, plurima in Conciliis dicta approbantur, plurima quoque in suis ordinationibus apostolicis decreverunt: haec autem ferè omnia in hoc libro, qui Constitutionum Summorum Pontificum ac Conciliorum omnium SUMMAM VIRGINEAM includit, tibi facile in manibus erunt.

Quanta praeterea in suis Scriptis SS. Patres omnes de gloriosa Dei genitrice fati sunt? Quanta excelsa retulere? Quanta enarravere beneficia? Quantis eam extulere praeconiis? Ipsi nos docuerunt cognoscere caelestem Reginae dignitatem, amare bonitatem, laudare immensissimam gloriam. Suis eloquentissimè simulque ignitis verbis noster intellectus illuminatur, et affectus vehementer inflammatur in cognitionem et devotionem Virginis divinae. Hic verò liber omnia eorum virginalia dicta et scripta includit, excellentissimum omnium saeculorum ab apostolico tempore MARIALE PATRUM efficiens.

Nec simplex sufficit ad tantum Monumentum soluta orationis prosa: accedit quoque ingeniosa Poesis, quae undique abundantè et variè gratiis deluit et omnia ornat mirabilis forum varietate. MARIAM cecinere per orbem Christiani Poetae, eam speciosam in pulchris, amabilem in jucundis, excelsam in sublimibus, in pretiosis unam extolentes: quidquid autem antiqui et novi dixere Mariani Vates hoc in uno collectum invenies: eorum carminibus mirabilis hic et novus PARNASSUS VIRGINALIS exurgit.

Historia quoque hoc Mariaeum Testimonium innitit, quod completiorem nullam aliam Divae Virginis invenies. De singulis Deiparae actibus ab ejus Predestinatione ab aeterno, usque ad ejus Coronationem in caelis affatur, virtutes ejus explicat, dona enarrat, gratias extollit, privilegia refert, praerogativas exponit, magna laeserat, beneficia pandit, gloriae celebrat, mirabilemque cultum per universum mundum in tot temporis et Saeculis ab Ecclesia ipsi tributum, plurimis indicat, ita ut verè UNIVERSALIS HISTORIA Deiparae Sanctissimae toto ore appellari queat.

Tale est, Mariophile Lector, BREVIARIUM MARIANUM, quod tuo erga Deiparam Sanctissimam aestuanti cordi, ut industria novà à te laudetur, nostrum conamen, non nisi post ingenitissimos labores, offerre audeat. Nihil dubium, quod sit ipsi Virgini maxime placiturum. Non ergò tibi displiceat. Invenies quidem plura quae irreperant menda, quae tutior vitaverit manus tua, sed tua indulgentia ob MARIE gloriam connivcat. Attende tantum utilitate fru hujus libri, qui solus utinam compleere omnia tua erga Virginem suspiria valeat. Quid enim desiderat ius Marini affectus? Laudibus Virginem extollere? Hoc Breviarii *Manuale Can-*

ticorum et Laudum invenies. Precibus opem ejus exorare? *Summarium precum* tibi erit. Ipsi conversari? Illa tibi, tuque illi eo libro intimâ amicitia loqueris. Tuum erga ipsam affectum concitare? *Schola Mariana* charitatis locum tenet. De ipsâ legere? In eo excullissima reperies. De ipsâ discere? Mariologiam, seu Marianam scientiam, te docebit. Concionari de tantâ Virgine? Innumera circa res omnes virginæ tibi ministrabit eloquia. Sapientibus et insipientibus facile accomodata **BIBLIOTECA MARIANÆ ERUDITIONIS**, piis ac devotis oportunum **MANUALE MARIANÆ PIETATIS**, atque omnibus et singulis Mariophilis ditissimum **VIRGINALIS THESAURUS** inter duo ubera scientiæ et pietatis optimè collocandus videtur. Hoc libro ob oculos semper **MARIAM** habebis; perfectius agnosces, ferventius diliges, impensius coles, fidelius invocabis, cæteros omnes marianos libros habebis, uno verbo, impletum videre poteris desiderium cordis tui.



SERAPHICI D. S. BONAVENTURÆ.

IN PSALTERIUM B. MARLE V.

PRÆFATIO.

Arripe illam, et exaltabit te, et glorificaberis ab eâ, cum illam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et coronâ inelytâ proteget te, ait Sapiens (Proo 4.) Gloria in excelsis Deo, et gratiarum actio et vox laudis, qui nunc per prophetica mysteria, nunc per oracula de coelis lapsa, nunc per lectionem evangelicam, nunc per apostolicam tubam multifariè multisque modis ad honorem Virginis **MARLE** Reginae Cælorum ac Angelorum sincerissimè nos invitât, ac incitat, ut per ipsius sancta merita omni acceptione dignissima ex inferorum claustris arreptos angelicæ militiae nos adscribat. Undè licet Salomon verba predicta de sapientiâ prolulerit, Spiritus tamen Sanctus illa ad Virginem præcellentem **MARIAM** intellectu mystico reflectit. In quo verbo vos ad ipsius amorem est alliciens, vestrumque cor ad ipsius complexum variis promissionibus attraens, et demulcens. Assignat autem vobis quatuor dona mirifica, si tam præclara Puella nexu spirituali vobis fuerit conjuncta, et brachiis desideriorum ferventium à vobis cum magnâ reverentiâ et devotione amplexata. Primò affert vobis exaltationem: ibi: *et exaltabit te*. Secundò glorificationem: ibi: *et glorificaberis ab eâ*. Tertiò gratiarum abundantiam: ibi: *dabit capiti tuo augmenta gratiarum*. Quartò viriditatis perpetua immarecessibilem coronam: ibi: *coronâ inelytâ proteget te*. Undè vos rogo, ne tam nobilem et speciosissimam Virginem repellatis, ne tam admirandam reverentissimamque Reginam Virginem **MARIAM** vilipendatis: ne si à vobis contemplant se viderit, non dico tantis fraudemini, verùm, quod absit, mala perpetua incurralis. Qua propter ad obsequendum ei sinum mentis extenuate, ad laudandum et glorificandum eam cor præparate, linguam laxate, ac celeri famulatu illi placere festinate. Constat enim quòd ex ipsius accessu remanebitis devotiores, ex ipsius tactu mundiores, ex ipsius amplexu virtute et gratia profusiores et nitidiores. Et

ut tantorum honorum vobis aliquam occasionem conferam, mitto vobis ipsius Virginis sacratissime Psalterium ex scintillula meae pauculae intelligentiae, gratia et adjutorio illius conditum et compactum, in quo diversis praeconiis eam extolletis. Nunc ipsius Virginitatem et castimoniam, nunc ejus fecunditatem et sanctimoniam, nunc ejus largitatem sive clementiam. Ibi efferetis eam velut plenam omni gratia, velut repletam omni scientia, velut illustratam omni sapientia et intelligentia. Ibi benedicetis fructum sui Ventris gloriosi. Ibi ad ipsius laudem invocabitis choros Angelorum et Sanctorum, Nationes hominum, Insulas gentium, Caelum et pulchritudinem luminarium, ac totum orbem terrarum. Ibi eam rogabitis, ut destruat vires spiritualium hostium, ut vobis impetret veniam peccatorum, ut vobis reddat placibilem Judicem, et ut vestrum finem sua illustret praesentia, vobisque obtineat gaudia sine fine mansura. Igitur hoc tantillum meum minusculum primum vobis oblatum libenter suscipite, fructumque ex eo proferre satagite, et in co Matrem Dei frequentius collaudate, si forte purissima super vos suum comitatum amabilem vultum, ad suum amorem vos recipiens, vestram animam in praesenti recreans et reficiens, et in futura gloria coronam de lapide pretioso vestro capiti superponens.



QUINQUE

QUAE BREVIARIUM MARIANUM INDISTINCTE COMPLECTITUR.

I.

BIBLIA MARIANA.

In qua plurima de sacris utriusque Testamenti libris exponuntur, ac Beatissima Virgini à Sanctis Patribus applicantur.

Cum perlongum esset singulos versus singulasque voces biblicas, quae in hoc Breviario de Deipara immaculata in versibus, responsoriis et antiphonis enarrantur, annotare; idcirco eas enumerare ac referre consulit ommittere. Capitula suis in locis notantur: Libri vero è quibus lectiones de Scripturâ sunt excerptae, et dies, in quibus haec lectiones leguntur et exponuntur, sequenti catalogo signati apparent.

GENENSIS.

Legitur et exponitur in Dominica I. II. III. IV. et V. Infantiae, in festo B. V. de Arcu, Conceptionis Immaculatae, Circumcisionis et Octavae Annuntiationis.

EXODUS.

In Dominica VI. et VII. Infantiae, in festis SS. Nominis, de Columnâ, Professionis in Jerusalem, Virginitatis perpetuae et Comm. Vitae Gaudiosae.

LEVITICUS.

In Dominica VIII. Infantiae, in festo Oblationis et Purificationis.

NUMERI.

In Dominica IX. et X. Infantiae.

DEUTERONOMIUM.

In Dominica XI. Infantiae.

JOSUE.

In Dom. I. Puerperii.

JUDICUM

In Dom. II. et III. Puerperii et

in Comm. Vitae Gaudiosae.

RUTH.

In Dom. IV. Puerperii.

I. REGUM.

In Dom. V. Puerperii, in Dom. I. Vitae contemplativae, in festo Representationis, Annuntiationis Conceptionis, Messanensis à Scalis et SS. Parentum.

II. REGUM.

In Dom. II. Vitae Contempl.

III. REGUM.

In Dom. III. Vitae Contempl. et Septuag. in festo Enceniarum, die II. infra octav. Omnium festivitatum et in festo Exequiarum.

IV. REGUM.

In Dom. Sexagesima.

I. PARALIPOMENON.

In Dom. Quinquagesima.

II. PARALIPOM.

In Dom. I. et II. Quadragesimae